Casa
Gab. R
Est.
Tab. 10
N.º 13

R
10
13

2 – Hain, 15994
3 – " 15132

# SVETONII TRANQ VILLI DE GRAMMATICIS ET RETHORI BVS CLARISSIMIS LIBELLVS FOELICITER INCIPIT.

g

Rammatica Romæ ne in
uſu quidem olim ne dũ in
honore ullo erat.rudi.ſ.ac
bellicoſa etiam tũ ciuitate.
nec dum magnopere libe-
ralibus diſciplinis uacante. initiũ quoqꝫ
eius mediocre extitit.Siquidẽ ãtiquiſſimi
doctorum quidem & poetæ & ſemigreci
erãt Liuium & Enniũ dico. quos utraqꝫ
lingua domi foriſqꝫ docuiſſe adnotũ eſt
Nihil amplius q̃ græcos interpretabant̃
At ſi quid ipſi latĩe compoſuiſſent præ-
legebãt.nam quidẽ nõnulli tradũt duos
libros de litteris ſillabiſqꝫ. Item de metris
ab eodem Ennio æditos Iure arguit .L.
cotta nõ poetæ.ſed poſterioris Ennii eſſe
Cuius etiã de augurãdi diſciplina uolu-
mina ferãtur. Primus igiť quãtum opi-
namur ſtudiũ grãmaticæ in urbẽ intulit
Crates mallotes ariſtarchi æqualis qui

miſſus ad ſenatū ab Attalo Rege inter
ſecundum & tertium bellum punicum
ſub ipſam Ennii mortem. cum regione
palacii prolapſus in cloacæ foramē crus
fregiſſet ꝑ omne legatiōis ſimul & uali-
tudinis tēpus plurimas acroaſis ſubinde
fecit. aſſidueqꝫ diſeruit. ac noſtris exēplo
fuit ad imitandum Hactenus tamē imi-
tati ut carmina parum adhuc diuulgata
uel defunctorum amicorum uel ſi quoꝝ
alioꝝ probaſſent. diligētius retractarent
ac legendo comentandoqꝫ etiam cæteris
nota facerēt. ut . C. octauius. Lampadio
Neuii punicum bellum . quod uno uolu
mine & continenti ſcriptura expoſitum
diuiſit ī vii. libros ut poſtea. Q . Vargū-
teius annales Ennii quos certis diebus ī
magna frequētia ꝓnunctiabat. ut Lælius
archelaus uectius. Q . philocōius Lucilii
ſatyras familiaris ſui. quas legiſſe ſe apud
Archelaū Pompeius Læneus apud Phi-
loconium Valerius Cato predicant. In-
ſtruxerunt auxeruntqꝫ ab omni parte
gramaticā. Lelius. L. Annuinus gener.

grāmaticam. L. ælius. L. annuinus gener Q. ælii Seruius Clodius uterq̄ eques. ro mľti q̄ ac uarii & ī doctrīa & ī repu uſus . A E L I V S cognomine duplici fuit. nam & preconius. q̄ pater eius preconiū fecerat uocabat. & iſtilio q̄ orōnes nobi liſſimo cuiq̄ ſcribere ſolebat. Tantū opti matum fautor ut. M. metellū numiticū in exilium comitatus ſit Seruius quom li brum ſoceri nondū æditum fraude inter cepiſſet. & ob hoc repudiatus pudoræ ac tedio ſeceſſiſſet ab urbe in podagræ mor bum incidit. cuius impatiēs ueneno ſibi perūxit pedes. & enecuit ita ut parte ea cor poris quaſi præmortui uiueret. poſt hæc magis ac magis & gratia & cura artis in creuit ut ne clariſſimi quidē uiri abſtinue rīt. quo minus & ipſi aliq̄d de ea ſcriberēt . utq̄ temporibus quibuſdā ſupra. xx. ce lebres ſcolæ in urbe fuiſſe tradant. preci a uero grāmaticorū tanta mercedesq̄ tā magnæ ut cōſtet luctatiū daphnidē. quē læneus meliſſus p cauillationē noīs pano ſagacema dicit. D. cc . milibus nummū. a

A.Q :catullo emptū ac breui mauumiſ
ſū. L.apuleū.ab eficio caluino eqte ro-
mano prædiuite quadrīgenis Annius cō
ductus multos edoceret. Nam in prouin
tias quoq; grāmatica penetrauerat. Ac
nōnulli de notiſſimis doctoribus pegre
docuerunt, Maxime ī gallia togata inter
quos octauius teucer & Siſēnius iacchus
& opius chares. hic quidē ad ultimā æta
tē & quom iam nō ī greſſu modo defice
ret ſed & ī uiſu. Appellatio grammatico
rum græca conſuetudine inualuit. Sed,
initio litterati uocabātur. Cornelius quo
q; nepos libello quo diſtinguit litteratū
ab erudito. Litteratos uulgo quid appella
ri ait eos. qui aliqd diligenter & acute ſci
enterq; poſſint aut dicere aut ſcribere. Ce
terum proprie ſic appellandos poetarū, ī
terpretes. q a græcis gramatici nominen
tur: eoſdem litteratores uocitatos Meſſa
la coruinus in quadam epiſtola oſtendit
nō eſſe ſibi dicens rem cum Ficrio biba
culo nec cum rigido quidem aut littera,
tore catonē Singnificat. N. haud dubie

Valerium Catonem poetam ſimul gra-
maticumq; notiſſimũ. Sunt ꝗ litteratũ a
litteratore diſtiguãt. ut greci grãmaticũ
a grammatiſta. & illũ ꝗdẽ abſolute. hunc
mediocriter doctũ exiſtimẽt. Quoꝝ opi
nionẽ Orbilius etiã exẽplis confirmat.
Nam apud maiores ait quom familia ali
cuius uenalis produceret nõ temere / quẽ
q̃ litteratũ in titulos. ſed litteratorẽ ĩ ſcri
bi ſolitũ eſſe. q̃ſi nõ ꝑfectũ. ſed litteris in
butũ. Veteres grammatici & retoricã do
cebant. ac multorũ de utraq; arte cõmen
tary ferunt. Secũdum q̃ conſuetudinem
poſteriores quoq; exiſtimo quãq̃ iã tã di
ſcretis ꝓfeſſioĩbus minus uel retinuiſſe
uel inſtituiſſe. & ipſos q̃dã genera inſtitu
tionũ ad eloquẽtiã præparãdã / ut ꝓbleu
mata / peraphraſis / allocutiones ethimo-
logias / atq; alia hoc genus. ne ſicci oĩo at
q; aridi pueri rhethoribus traderẽt. que
quidẽ ommitti iam uideo deſidia quorũ
dam / & infantia. nõ enim faſtidio putem
Me quidẽ adoleſcentulo repeto quendam
principẽ nomine / alternis diebus decla-

mare:alternis.diſputare.nonnullis uero
mane diſerere poſt meridiē remoto pul
pito declamare ſolitū Audiebam etiā me
moria patrum quoſdā e grāmaticis ſtatū
ludo trāſiſſe in forum atq; in numerum
præſtantiſſimorū patronorum receptos
.Clari ꝓfeſſores & de q̄bus prodi poſſit
aliq̄d dūtaxat a nobis fere hi fuerunt
s AEVIVS Nicanor primus ad famam
dignationēq; docendo ꝑuenit. Fecitq; p̄
ter cōmentarios/quorū tū pars maxima
intercepta dicit̄. Satyram quoq;.in qua li
bertinum ſe/ac duplici cognomine eſſe
ꝑ hoc indicatur Seuius nicanor Marci li
bertus. Negabit: Seuius poſthumius idē
ac Marcus docebit. Sunt qui tradant ob
infamiam quandam eum ī ſardiniam ſe
ceſſiſſe ibiq; diem obiiſſe:
a VRELIVS Opilius epicurei cuiuſdā li
bertus phīam primo/deinde/rhetoricā.
nouiſſime grammatica docuit/ Dimiſſa
autem ſchola Rutilium Ruffum damna
tum in aſiam ſecutus ibidem Smyrnæ ſi
mulq; conſenuit. Compoſuitq; uariæ eru

ditionis aliquot uolumina. ex q̄bus no-
uem unius corporis. Qui q̄a ſcriptores
ac poetas ſub clientela muſarū iudicaret
non abſurde & feciſſe & ſcripſiſſe ſe ait
ex numero diuarū. & appellatiōe huius
cognomen ī pleriſq; indicibus & titulis p̄
unā litterā ſcriptū animaduerto Verum
ipſe id per duas efert in paraſtichide li-
belli. qui inſcribitur pinax
ANTONIVS gnipho ingenuus in gal
lia natus ſ3 expoſitus a nutritore ſuo manū
miſſus. Inſtitutuſq; alexandrie quidē ut
aliqui tradūt in cōtubernio Dyoniſii Sci
-tobrachionis Quod eq̄dem nō temere
crediderim quom tempoꝝ ratio uix con
gruat. Fuiſſe dicit̃ ingenii magni memo
rie ſingularis. nec minus grecæ q̄ latine
doctus. præterea comi - faciliq; natura.
nec unq̄ de mercedibus pactus. eoq; plu-
ra ex liberalitate diſcentium conſecutus
Docuit prius in diui Iulii domo pueri ad
huc. deinde ī ſua priuata. Docuit autē &
rhetoricam ita ut quotidie præcepta elo-
quentiæ traderet Declamaret uero nō ni

ſi nundinis. Scholā eius claros quoqꝫ ui-
ros frequentaſſe aiunt. In is. M. Cicero-
nem & quom prætura fungeret. Scripſit
multa q̄uis annū ætatis. L. nō exceſſerit
& ſi Ateyus philologus duo tātū uolumi
na de latio ſmōe reliq̄ſſe cū tdit Nā cætēa
ſcripta diſcipulorū eius eſſe nō ipſius. In
qbus & ſuū alicubi reppi nomen ut hic.
MARCVS pompiliuſ andronicuſ nati
one ſyrus ſtudio epicureæ ſecte deſidioſi
or ī pſeſſione grāmatica habebatꝛ. minuſ
qꝫ idoneus ad tuendā ſcholā. Itaqꝫ quom
ſe in urbe nō ſolum Antonio gniphoni
ſed cæteris etiā deterioribus poſtponi ui
deret, cumas tranſiit. Ibiqꝫ in otio uixit.
& multa conpoſuit uerum adeo inops at
qꝫ egens ut coactus ſit pciū uū illud opuſ
culum ſuū annalium ennitlenchoꝝ xvi.
milibus nūmum cuidam uendere quos li
bros orbilius ſuppreſſos redimiſſe ſe di-
cit Vulgandos qꝫ curaſſe noīe auctoris.
ORBILIVS pupillus beneuētanus mor
te parentū una atqꝫ eadem die inimicoꝝ

dolo interemptorum deſtitutus.primo a
perituram magiſtratibus fecit.deinde in
macedonia corniculo mox equo meruit
Functuſq; militia ſtudia repetiit .que iã
inde a puero.nõ leuiter attigerat:ac pro
feſſus diu in patria quĩquageſimo demũ
anno romam cõſule cicerone tranſiit do
cuitq; maiore fama q̃ emolimẽto. Namq;
iam ꝑſenex pauperem ſe & habitare ſub
tegulis quodam ſcripto fatet̃. Librum eti
am cui eſt titulus perialogos ædidit-cõti
nẽtem querelas de iniuriis.quas profeſſo
res negligentia-aut ambitione parẽtum
acciperent. Fuit autem nature acerbe nõ
modo in Antiſophiſtas.quos omni ſer-
mone lacerauit.ſed etiam in diſcipulos-
ut & Oratius ſignificat plagoſum eum.
appellans:& Domicius marſus ſcribens.
Si quos Orbilius ferula ſcutichaque ceci-
dit . Ac ne principum quidem uirorum
inſectatione abſtinuit.Siquidem igno-
tus adhuc quom iuditio frequenti teſti-
monium. diceret.ĩterrogatus a Varrone

diuerſe partis aduocato·qdnam ageret
& quo artifitio uteref.gibberoſos ſe de
ſole ī umbrā trāſferre reſpōdit.ꝗ Mure
na gibber erat. Vixit ꝓpe ad cēteſimū æ
tatis annū āmiſſa iam pridē memoria ut
uerſus Bibaculi docet. Orbilius ubinam
ē lrāꝝ obliuio Statua eius beneuēti oſtēdi
ẗ in capitolio ad ſiniſtrū latus marmore·
o habitu ſedētis ac palliati appoſitis duo·
bus ſcriniis Reliqt exēplum orbilium &
ipſum grammaticum profeſſorem.

ATEIVS philologus libertinus atheīs
natus hūc capito ateius noiatus Iuriſcon
ſultus.inter gramaticos rhetorem. Inter
rhetores grāmaticū fuiſſe ait. De eodē A
ſinius pollio ī libro quo Saluſtii ſcripta r̄
p̄hēdit ut nimia priſcoꝝ uerborū affecta
tione oblita ita tradit. In eā rē adiutoriū
ei fecit maxīe qdā Ateius pretextatus no
bilis grāmaticus latinus Declamātū dein
de auditor atq; profeſſor Ad ſummam
philologus ab ſemet noīatus . Ipſe ad
Lælium Hermam ſcripſit · ſe in grecis
litteris . magnum proceſſum habere .

habere.& in latinis nonnullum · audiſſe Antoniũ gniphonẽ eiuſq; hermã · poſtea docuiſſẽ. præcepiſſe aut multis & claris iuuenibus. in quis Appio quoq; & pulchro Claudiis fratribus. quoꝝ etiã comes ĩ ꝓuintia fuerit philologi appellationẽ aſſumpſiſſe uidet᷑. qa ſicut Eratoſchenes q primus hoc cognomẽ ſibi uẽdicauit · multiplici uariaq; doctrina cenſebat᷑. qđ ſane ex cõmẽtariis eius apparet. quãq̃ pauciſſimi extẽt. de quorũ tamẽ copia ſit altera ad eũdem hermã epiſtola ſignificat. Hylem noſtram aliis memẽto cõmendare q̃ oĩs generis collegimus uti ſcis Dccc. in libros. Coluit poſtea familiariſſime. C. Salluſtiũ · & eo defuncto Aſininm pollionẽ quos hiſtoriã conponere aggreſſos. Alterum breuiario rerum omnium romanorum · ex quibus quas uellet · eligeret · inſtruxit. Alterũ præceptis de ratione ſcribendi. quo magis miror Aſiniũ pollionẽ credidiſſe ãtiq̃ eũ ſolitũ ẽẽ colligẽ Saluſtio cũ ſibi ſciat nil aliud ſuadere q̃ ut noto celeri & ꝓprio ſmõe utat᷑ uitaretq; maxĩe

obſcuritatem Saluſty.& audatiã in tran ſlationibus. Valerius cato ut nõnulli tra diderũt Burſeni cuiuſdã libertus ex gal. lia.ıpẽ libello/cui ẽ titulus indignatio in genuũ ſe natum ait/& pupillũ relictum. eoq; facilius licẽtia ſyllani tpris exuto pa trimonio/docuit multos & nobiles. Viſuſq; eſt peridoneus præceptor maxime ad poeticam tẽdentibus.quidem appare/re uel his uerſiculis poteſt.

Cato grammaticus latina ſyren:
Qui ſolus legit ac fecit poetas.

Inſcripſit præter grammaticos libellos etiam poemata.ex quibus præcipue probabãt lydia.& diana.Lydiæ licida meminit Lydia doctorũ maxĩa cura liber.Dianæ Cĩna: Sæcula pmãeat noſtri dictina Catonis. Vixit ad extremã ſenectã.Sed ĩ ſũmã pauperiẽ & pene inopiã abditus modico gurguſtio poſtq̃ tuſculana uilla creditorib; ceſſerat ut auctor eſt Bibaculus

Si quis forte mei domum Catonis
Depictas minio aſſylias/& illos
Cuſtodes uidet ortulos priapi

Miratur quibus ille diſciplinis
Tantam ſapientiam ſit aſſecutus.
Quam tres calculi, & ſelibra formaris
Racemi duo tegula ſub una
Ad ſũmam prope nutriant ſenectam.
Et rurſus.
Catonis modo. Galle tuſculanum
Tota creditor urbe uenditabat.
Mirati ſumus unicum magiſtrum
Summum grãmaticum optimum poetã
Omnis ſoluere poſſe queſtiones
Vnum difficile expedire nomen
En cor Zenodocti en iecur cratetis.

Cornelius epicadus. L. cornelii ſyllæ dictatoris libertus calatorq̃ ĩ ſacerdotio augurali filio quoq̃ eius fauſto gratiſſimus fuit. Quare nũquã nõ utriuſq̃ ſe libertũ ædidit. Librũ aũt que Silla nouiſſimũ de rebus ſuis ĩpfectũ reliq̃rat ipẽ ſuppleuit.

sTABERIVS hero ſuo nametra emtus de cataſta & pp litterariũ ſtudiũ maũmiſſus docuit inter cæteros brutum & caſſium: Sunt qui tradunt tanta eum honeſtate preditũ ut temporibus ſyllanis pro

ſcriptorū liberos gratis & ſine mercede ul la in diſciplinam receperit.

c VRTIVS nitia hæſit. Cn. pompeio, & C. mēmio ſed quom codicillos Mēmii ad pompeii uxorem de ſtupro ꝑtuliſſet pro ditus ab ea pompeiū offēdit domoq; ei eſt interdictū. fuit &. M. Ciceronis familia ris. in cuius epiſtola ad Dolobellā hæc de eo legimus: Nil romæ gerit. quod te putē ſcire curare. niſi forte ſcire uis me inter Nitiam noſtrum & Vidiū iudicem eſſe. ꝑfert alter opinor duobus uerſiculis ex penſum Alter Ariſtarchus hos obelizit. Ego tanquam criticus antiquos iudicatu rus ſum utrum ſint Item ad Atticum De Nitia qd' ſcribis ſi ita me habuero ut eius humanitate frui poſſē in primis uellē me cū illū habere: Sed mihi ſollicitudo & re ceſſus prouītia eſt præterea noſti Nitiæ noſtri imbecillitate molliciam conſuetu dinem coitus. Cur ergo illi moleſtus eſſe poſſem? Voluntas tamen eius mihi gra ta eſt. huius de lucilio libros etiam ſatyra comprobat.

.L. AENEVS magni pompeii libertus
& pene omniũ expeditionum comes.
Defuncto eo filiiſq; eius ſcola ſe ſuſten-
tauit. docuitq; ĩ carinis ad telluris. In qua
regione pompeiorum domus fuerat. Ac
tanto amore erga patroni memoriam
extitit. ut Saluſtium hiſtoricum ꝗ eum
oris improbi animo inuerecũdo ſcrip-
ſiſſet acerbiſſima ſatyra lacerauerit. La-
ſtaurum & Lurconem & Nebulonem.
Pompinonẽq; appellans & uita ſcriptiſq;
mõſtruoſum. præterea priſcoꝝ Catõiſq;
uerboꝝ ineruditiſſimum furem. Tradit̃
autẽ pur adhuc cathenis ſubreptus re-
fugiſſe ĩ patriam. perceptiſq; liberalibus
diſciplinis pretium ſuum domino retu-
liſſe. Verum ob ingenium atq; doctrinã
gratis manumiſſus.

.Q.CECILIVS epyrota tuſculi natus
libertus Sati eq̃tis romãi. ad q; ſũt Cice-
rõis epiſtæ. quom filia patrõi nuptã. M.
agrippæ doceret ſuſpectus ĩ ea & ob hoc
remotus ad Carneliũ gallum ſe cõtulit.
uixitq; una familiariſſiẽ qđ ipſi gallo ĩter

grauiſſima crimīa ab Auguſto obiicit.
poſt deinde damnationem mortemque
galli ſcolam aperuit.ſed ita ut paucis &
tantum adoleſcentibus preciperet pre-
textato nemini.niſi ſi cuius parenti hoc
officiū negare non poſſet.primus dicitur
latine ex tempore diſputaſſe.primuſque
Virgiliū & alios poetas nouos prælegere
cæpiſſe.quod etiam Domicii marſi uer-
ſiculus indicat. Et epirota tenellorum
nutricula natum.

MVERIVS flacus libertinus docēdi ge
nere maxīe īclaruit Nanq ad exercitāda
diſcentium ingenia æquales inter ſe cō-
mittere ſolebat ꝑpoſita nō ſolū materia
quam ſcriberēt.ſed & premio.qđ uictor
auferret. Is erat liberal' ātiquus pulcher
ac carior.q̄re ab Auguſto quoq nepoti-
bus eius præceptor electus.tranſiit in
palatium cum tota ſcola. Verum ut neq
amplius poſthac diſcipulum reciperet.
Docuitq in atrio catilinæ domus. quæ
pars pallacii tunc erat.& ſeſtertia cētena
in annum accepit Deceſſit ætatis exactæ

ſub Tiberio. Statuam habet preneſte in ſuꝑiore fori ꝑte circa hemicyclum ī quo faſtos a ſe ordīatos & marmoreo parieti inciſos publicaret.

.L. CRASSITIVS genere tarētinus ordinis libertini cognomine paſicles. mox panſā ſe trāſnominauit. Hic initio circa ſcenam uerſatus eſt dū mimographus adiuuat. Deinde in percula docuit. donec cōmētario ſmyrne ædito adeo inclaruit ut hæc de eo ſcriberentur.

Vni craſſitio ſe credere ſmirna probauit
Deſinite indocti coniugio hanc petere.
Soli craſſitio ſe dixit nubere uelle
Intima cui ſoli uota ſua extiterint

Sʒ quom edoceret iā mľtos ac nobiles ī is Iuliū Antoīus triūuiri filiū ut uerrio quoqꝫ flacco cōparet. Dimiſſa repēte ſchola tranſiit ad .R. ſexti philoſophi ſectā.

SCRIBONIVS aphrodiſius orbilii ſeruus atqꝫ diſcipulus mox a Scribonia Libonis filia quæ ṗor Auguſti uxor fuerat redēptus & manumiſſus Docuit quo uerius tꝑe cuius etiā libris de orthographia re-

ſcripſit nõ ſine inſectatione ſtudioꝝ mo
rumque eius.

CAIVS Iullius hyginus Auguſtus li-
bertus natione hiſpanus. Nõnulli alexã
drinũ putant. & a Cæſare puerum romã
adductũ alexãdria capta ſtudioſe & audi
uit & imitatuſ eſt Coruelium alexandrinũ
gramaticũ græcũ. quẽ ꝓpter antiquitatis
notitiã polyhiſtorẽ multi. quidã hiſtoriã
uocabãt præfuit palatinæ bibliotece. nec
eo ſecius plurimos docuit. Fuitq; familia
riſſimus Ouidio poetæ & Claudio licini
o cõſulari hiſtorico. qui eũ admodũ pau
perem deceſſiſſe tradit. & liberalitate ſua
quoad uixit ſuſtẽtatum. Huius libertus
fuit Iullius modeſtus in ſtudiis atq; do-
ctrina ueſtigia patroni ſecutus

CAIVS meliſſus ſpoleti natus ĩgenuus
ſ; ob diſcordiã parẽtũ expoſitus cura & in
duſtria educatoris ſui altiora ſtudia pce-
pit ac. Mecenati pro grãmatico muneri
datus ẽ. Cui quom ſe gratũ & acceptũ in
modũ amici uideret- q̃ q̈ aſſerente matre
pmanſit tamẽ in ſtatu ſeruitutis. pſẽtẽq;

conditonem ueræ origini antepoſuit.
quare cito manumiſſus auguſto & īſinu
atus eſt que elegantem curam ordinan
darū bibliotecarum in Octauiæ porticu
ſuſcepit atque ut ipſe tradit.lx.ætatis an
num agens libellos ineptiarum qui nūc
iocorum ſcribuntur componere inſti-
tuit.abſoluitq;.C.& q̄nquagīta quibus a
lios diuerſi operis poſtea addidit Fecit &
nouū gēus togatarū:īſcripſitq; trabeatas
M.POMPONIVS marcellus ſermouis
latini exactor moleſtiſſimus In aduocati
ōe quadā(nā interdum & cauſas agebat)
ſoloeciſmum ab aduerſario factum uſq;
adeo arguere perſeuerauit quoad caſſius
ſeuerus intꝑellatis iudicibus dilationem
petiit ut litigator ſuus aliū grāmaticū ad
hiberet.qñ non putat is cum aduerſario
de iure ſ̄ ſibi de ſoloeciſmo cōtrouerſiam
futurā Hic idē quem ex oratione. Tybe
riū reprehendiſſet afirmāte Atheio capī
tone & eſſe illud latinum & ſi non eſſet
futuꝝ certe iam inde mētit̄ inquit capito
Tu eni Cæſar auctoritatē dare potes ho

mībus⸗ṽba nō potes pugilē olī fuiſſe Aſi nius gallus hoc ī eū epigramate oſtendit Q VI.caput ad leuam didicit gloſſema ta nobis ꝑcipit os nullū uel potius pugilis Q VINTVS.Rhemmius palemon uin centinus mulieris uerna primo ut ferunt textrinū deinde herilem filium dum co⸗ mitaſ in ſcholam . litteraſ didicit.poſtea manumiſſus docuit romæ ac principem locum īter gramaticos tenuit quamquā infamis omībus uiciis palamq̧ & Tyberi o & mox claudio predicantibus nemini minuſ inſtitutionem puerorum uel iuue nū committendam.Sed capiebat hōies tum memoria reꝝ.tum facilitate ſmonis Necnon & poemata faciebat ex tempore Scripſit uēo uariis nec uulgaribus metris Arrogantia fuit tāta ut.N.uarronē por cū appellaret.ſecū & natas.& morituras litteras iactaret .Nomen ſuum in buco⸗ licis non temere poſitum:ſet preſagante uirgilio.fore quandoque omnium poeta rum.ac poematum palemonem iudicem Gloriabaſ etiā latrones quondam ſibi pp

nominis celebritatem parciſſe. Luxuriæ ita indulſit ut ſæpius in die lauaret. nec ſufficeret ſumptibus. quanquam ex ſchola quadrigena annua carperet. ac nō multo minus ex re familiari cuius diligentiſſimus erat. quom & officinas promercalium ueſtium exerceret & agros adeo coleret. Vt uitem manu eius inſitam ſatis conſtet. CCC lxv. uaſa edidiſſe. Set maxime flagrabat libidinibus in mulieres uſque ad infamiā oris. Dicto quoq; non infaceto notatum ferunt cuiuſdam qui eū in turba oſculum ſibi ingerentem quanquam refugiens deuitare non poſſet. uis tu inquit magiſter quotiens feſtinantem aliquem uides abligurire.

Marcus ualerius probus berytius diu cēturiatum petiit donec tedio ad ſtudia ſe contulit. Legerat in prouincia quoſdā ueteres libellos apud grāmatiſtam durante adhuc ibi memoria antiquorum nec dū omnino abolita ſicut romæ. Hos quom diligentius repetere atq; alios deinceps cognoſcere cuperet. quanuis ſe cōtemni

magisq; obrobrio legentibus q̄ gloriæ &
fructui eſſe animaduerteret nihilominꝰ
in propoſito. Multaq; exemplaria cõtrac
ta emendare ac diſtinguer̄ & adnotare
curauit. Soli huic nec ulli prætereagrã-
matices pti deditus. Hic nõ tã diſcipulos
q̄ ſectatores aliquos habuit. Nũquã.n.
ita docuit ut magiſtri pſonã ſubſtineret
vnũ & alterũ uel quõm plurĩos tres aut
quatuor poſt meridianis horis admitter̄
ſolebat. Cubanſq; inter longos & uulga-
res ſermones legere quædam idq; per ra-
ro nimis. pauca & exigua dꝰ quiduſdam
minutis queſtiunculis ædidit. Reliquit
autem non mediocrem ſiluam obſerua-
tõnum ſermonis antiqui.

HETORICA quoq; apud nos
perinde atq; grãmatica fere recep
ta eſt paulo etiam difficilius: quippe quã
conſtet nonnunq̄ eſſe prohibitam exer
ceri. quod ne cui dubium ſit: uetus item
cenſorium æditum ſubiiciã. Fannio ſtra
bone: M. valerio ſala conſulibus. Mar.

Pomponius prætor ſenatum conſuluit ꝙ uerba facta ſũt de philoſophis & rhetoribus de ea re ita cenſuerunt vt. M. Põponius prætor animaduertet curaretq́ ut ſi ei e re. Pu. fideque ſua uideretur uti Romæ ne eſſent. De eiſdem ĩteriecto tẽpore CN. domitius enobarbus. L. licinius craſſus cenſores item dixerunt. ne renuntiatum eſt nobis eſſe homines qui nouum genus diſciplinæ inſtituerunt: ad quos iuuentus in ludum conueniat eos ſibi nomen impoſuiſſe latine. ſ. rhetoras. ibi homines adoleſcentulos dies totos deſidere. Maiores noſtri quæ liberos ſuos diſcere & quos in ludos imitari uellent inſtituerunt. Hæc noua quæ præter conſuetudinem ac morem maiorum fiunt neq; placent neque recta uidentur. quapropter & iis qui eos ludos habẽt & iis qui eo uenire conſueuerunt uidetur faciundum ut oſtendamus noſtram ſẽtentiam nobis non placere. Paulatim & ipſa utilis honeſtaque apparuit. Multiq́ eã & præſidii cauſa & gloriæ apparuerũt

Cicero ad præturam uſque etiam græce declarauit. Latine uero ſenior quoque & quidem conſulibus hircio & panſa quos diſcipulos & grandis pretextatos uocabant: CN. Pompeium quidam hiſtorici tradiderunt ſub ipſum ciuile bellum quo facilius .C. curioni promptiſſimo iuueni cauſam Cæſaris defendenti contradiceret repetiſſe declamandi conſuetudinem Marcum Antonium item Auguſtum ne mutinenſi quidem bello ommiſiſſe. Nero Cæſar & primo imperii anno publice quoque bis antea declamauit: Plerique autem oratorum etiam declamationes ædiderunt. Quare magno ſtudio hominibus iniecto magna etiam profeſſorum atque doctorum profluxit copia. Adeoque floruit ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem ſenatorum atq; ad ſummos honores ꝓceſſerīt ſed rō dicēdi nec una oībus nec ſīgl'is eādē ſēp fuit qñ uario mō q̄ſque diſcipulos exercuerūt. Nā & dicta præclare per oēs

figuras per caſus & apologos aliter:atq̃ aliter exponere & narrationes cum breuiter ac preſſe tum latius & liberius explicare conſueuerant. Interdum græcorum ſcripta conuertere:ac illuſtres uiros laudare uel uituperare. quædam etiã ad uſum communis uitæ inſtituta tum utilia & neceſſaria tum pernicioſa & ſuperuacanea oſtendere. Sæpe fabulis fidem formare aut demere quod genus theſis & anaſceuas & cataſceuas græci uocant donec ſenſim hæc exoluernnt & ad controuerſiam uentum eſt. Veteres controuerſiæ aut ex hiſtoriis trahebantur ſicut ſane nõnullæ uſque adhuc aut ex ueritate ac re ſiqua forte recens accidiſſet:itaque locorum etiam appellationibus adiectis proponi ſolebãt:& ſic certæ collectæ æduæque ſe habent ex quibus non alienum fuerit unam & alteram exempli cauſa ad uerbum referre. Aeſtiuo tempore adoleſcentes urbani quom hoſtiam ueniſſent littus ingreſſi

piſcatores trahentes retia adierunt & pe pigerunt bolum quanti emerent: Num mos ſoluerunt diu expectauerunt dum retia extraherentur. Aliquando extrac- tis piſcis nullus infuit: ſed ſporta auri ob ſuta. Tum emptores bolum ſuum aiūt. piſcatores ſuum. Venalitii quom brun- duſii gregem uenalium e naui educerēt formoſo & precioſo puero quod portō res uerebantur bullam & prætextam to gam impoſuere. Facile fallaciam celarūt Romam uenitur. recogniti ſunt. petitur puer quod domini uolūtate fuerat liber in libertate. Olim autem eas appellatōes græci ſithaxis uocabant mox controuer ſias qdē ſed aut fictas. aut iudiciales illu- ſtres ꝑfectores & quoꝝ memoria aliqua extet non temere alii reperientur q̃ de quibus tradam.

LVTIVS plotius gallus de hoc Cicero ī epiſtola ad Marcū titinnium ſic refert Equidem memoria teneo pueris nobis primum latine docere cepiſſe plotium quēdam ad quem quom fieret cōcurſus

ꝙ ſtudioſiſſimus quiſq; apud eum exer-
ceretur: dolebam mihi idem non licere.
Continebar autem doctiſſimum uiroꝝ
auctoritate qui exiſtimabāt græcis exer-
citationibus ali melius ĩgenia poſſe. hũc
eundem (nam diutiſſime uixit) Marcus
celius in oratione quam pro ſe de ui ha-
buit ſignificabat dictaſſe a Cratino ac-
cuſatori ſuo actionem ſubiratoq; nomi
ne hordearium eum rhetorem appellat
deridens ut ĩflatum ac leuem & ſordidũ.
Lucius uoltacilius pilutus ſeruiſſe dicit̃
atq; etiam hoſtiarius uetere more in ca-
thena fuiſſe donec ob ingenium ac ſtu-
dium litterarum manumiſſus accuſanti
patrono ſubſcripſit. Deinde rhetoricam
profeſſus. GN. pompeium magnum do
cuit patriſq; eius res geſtas nec minus ip
ſius compluribus libris expoſuit. Prĩus
omniũ libertĩorum ut Cornelius nepos
opinat̃ ſcribere hiſtoriam orſus nō niſi
ab honeſtiſſimo quoque ſcribi ſolitam.
Ad id tẽpus Epidius calũnia notatus lu-
dũ docẽdi apuit: docuitq; int̃ cæteros. M.

Antonium & Auguſtum. quibus quõdã .C. canutius obicientibus ſibi ꝙ in repu. adminiſtranda potiſſimum conſularis Iſaurici ſectam ſequeretẽ. Malle reſpondit Iſaurici eſſe diſcipulum. quam epidici calumniatoris. Hic epidicus ortum ſe ab e pidio nucino predicabat: quem feruut olim præcipitatum ĩ fontem fluminis Sarni, paulo poſt cum cornibus extitiſſe ac ſtatim non comparuiſſe. In numeroque deorum habitum.

SEX TVS clodius ex ſicilia latinæ ſimul græceque eloquentiæ profeſſor. male oculatus, & dicax parocu lorum in amicicia M. antonii triumuiri extitiſſe ſe aiebat eiuſdem uxorem Fuluiam, cui altera bucca inflatior erat, acumen ſtili tentare dixit. Nec eo minus immo uel magis ob hoc antonio gratus: A quo mox conſule, ingens etiã cõgiarium accepit. Vt ei in philippicis Cicero obiicit. Tibi & ioci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo, & competitoꝝ tuorum rhetorem conceſſiſti. ut ĩ quem uellet diceret falſũ õnino hõinẽ ſet mate

ria facilis & in tuos dicere. At quãta mer ces rhetori eſt data audite patreſ cõſcrip ti, & cognoſcite rei pu. uulnera. duo mili a iugerum campi leontini Sexto clodio rhetori aſſignaſti. & quidẽ immuni. Vt tanta mercede nihil ſapere diſceres

CAIVS albutius ſilus nouarienſis quom ædilitate ĩ patria fungeretur. quom forte ius diceret ab iis contra quos pronuncia bat. pedibus, e tribunali detractus eſt qđ indigne ferens. ſtatim cõtendit ad por tam. & inde romam. receptuſq; in planci oratoris cõtubernium. cui declamaturo mos erat prius aliquem. qui ante diceret excitare. Suſcepit eas partes. actaq; ita im pleuit. ut plãco ſilentium imponeret. nõ audenti in conpationem ſe dimittere Set ex eo clarus propria auditoria inſtituit Solitus propoſita controuerſia ſedens in opere. & calore. demum prouectus con ſurgere. Ac perorare declamare. aut ge mere uario modo ſplendide atq; adoran te Tũ ne uſq̃q; ſcholaſticus exiſtimaret circumciſe. ac ſordide & tãtũ mõ triuiali

bus uerbis egit & cauſas ueriũ rarius dũ
ampliſſimam quanqꝫ ſectať nec aliũ ĩ ul
la locũ q̃ perorandi.poſtea renuntiauit
foro partim timore,partim metu. Nam
quom in lite quadã centũuirali aduerſa-
rio:quẽ ut impiũ erga parẽtes inceſſebat
iuſiurandũ . quaſi ꝑ figurã ſic obtuliſſet
Iura per patris matriſqꝫ cineres ꝗ incõdi
ti iacent.& alia in hunc modũ,Arripiẽte
eo conditionem.nec iudicibus aſpernan
tibus nõ ſine magna ſua ĩuidia negociũ
afflixit & rurſus in cognitione cedis Me
diolani apud.L.piſonẽ proconſulem de
fendeus reum quom cohiberent littores
nimias laudantiũ uoces.ita excanduiſſet
ut deplorato italiæ ſtatu quaſi iterũ ĩ for
mam prouintiæ redigeret.M.inſuꝑ bru
tum cuius ſtatua in corupectũ erat inuo
caret legum ac libertatis auctorẽ,& uidi
cem pene pœnas luit Iam autẽ ſenior ob
uiciũ uoicæ nouariã r̃diit.cõuocataqꝫ ple
be cauſis ꝓpter quas mori deſtinaſſet diu
ac more contionantis redditis abſtinuit
cibo. FINIS AMEN

MICELANIA
VALASCI

Sala
Gab.
Est.
Tab.
N.º